Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tradita sunt: a pre meo.
Et neemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius: et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laborastis et onerati estis: ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: et discite a me quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est et onus meum leue. Secreta. Hostias tibi domine placationis offerimus: ut et delicta nostra miseratus absoluas: et mentes nostras tu dirigas. Per. Postcomunio. Quos omnipotens deus ut illius salutaris capiamus effectum huius phee mysteria pignus accepimus. Per. Fia vij

Fratres. Videte vocationem vestram: quia non multi sapientes secundum carnem: non multi potentes: non multi nobiles. sed quæ stulta sunt huius mundi elegit deus ut confundat sapientes. Et infirma mundi elegit deus: ut confundat fortia. Et ignobilia et contemptibilia mundi elegit deus: et ea quæ non sunt: ut ea quæ sunt destrueret: ut non glietur omis caro coram illo. Ex ipso autem vos estis in xpo ihu: qui factus est vobis a deo sapia. et iustitia. et sanctificatio. et redemptio. ut quemadmodum scriptum e qui gliatur in domino glietur. Sabbato.

In illo tpe. Offerebant illi pueros ut tangeret illos: discipuli autem eius increpabant offerentibus. Quod cum videret ihs: indignatus est et ait illis. Sinite pueros venire ad me: et ne prohibueritis eos. Talium est enim regnum celorum. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum dei velut puerulus: non intrabit in illud. Et complexans eos et imponens manus super illos benedicebat eos.

Fia vij ad thesalonicenses.

Fratres. De caritate fraternitatis: non necesse habemus scribere vobis. Ipsi enim vos a deo didicistis: ut diligatis inuicem. Etenim facitis illud: in omnes fres in universa ecclia. Rogamus autem vos ut habundetis magis. et operam detis ut quietus sitis: et ut vestrum negotium agatis. et operemini manibus vestris. sicut precepimus